Anno ab vrbe condita. cccc lxxx. Sanguis e terra et lac e celo manare viſum eſt in ſpecie pluuie. peſtilẽtia grauis in vrbe biennio fuit: quã ſibillini libri dixerunt celeſti ira impoſitã: nõ inquerebat numer⁹ eorũ qui periſſent: ſed ipſorum qui fuerunt ſuperſtites.

Coloſſus ingens ſolis ſimulacrum a clare lydo ſtatuario fabricatum apud rhodum inſulam terremotu corruit. Erat quippe (vt plinius refert) ſtatua admirãda altitudinis cubitorum. 70. turribus equipperãda. Et e ſeptem miraculis mũdi maximum fuiſſe teſtantur.



Strato phus

Strato lampſacenus phus Archeſilai filius vir eloquẽtiſſimus. Et in ſpeculatione phiſica pre ceteris diligentiſſime ſpeculatus. Unde et phiſicus ẽ appellatus: fuit ptolomei philadelphi preceptor a quo talentis octuaginta donatus ẽ Scripſit de regno: de iuſticia ⁊ de dijs. Aiunt eum fuiſſe tam tenuez vt ſine ſenſu moreretur. Silphon quoqꝫ phus ſuo tempore omnibus bonis amiſſis ſolus nudus euadens ait. Omnia mea bona mecum porto: pectore enim geſtabat.

Crates phus

Crates atheniẽſis academic⁹ philozophus filius antigenis. palemonis auditor illiuſqꝫ ſucceſſor ſcole: q̃ adeo ſe viuẽtes amarũt: vt eadez ſemp ſtudia ſint cõſecuti: et mortui eodem ſepulchro ſepulti: q̃s antagoras in hanc ſententiam verſibus exornauit. Hoc tumulo Crateni et polemonẽ cõditos fatere qui tranſis o hoſpes viros conſenſu animorũ precipuos: quoꝝ diuino ex ore doctrina manauit ſacra viteqꝫ mundicies ſapiẽtie adiuncta.

Panetius

Poſſidonius

Panetius phus claruit tpe Scipiõis rome c⁹ et p̃ceptor fuit. Qui ſtoice ſecte phus extitit: Quẽ cicero in libro officiorũ imitatus eſt. cuius hec eſt ſentencia. Uitam hominum qui etatem in medio reruz agũt ac ſibi ſuiſqꝫ vſibus eſſe volũt ad cauenda picula ex impuiſo aſſidua ⁊ ꝑpe quotidiana: oportet animo eſſe ꝑmpto ſemper et intento.

Silphon phus

Silphon megarenſis phus his tempibus floruit hunc et imitatione atqꝫ ſapientia tantũ alios preceſſiſſe dicunt vt parũ abfuerit: quin omnis gratia in illum intenta in Megaram tranſiſſe diceretur Cicero vero libro de fato dicit illum fuiſſe hominem acutum maximeqꝫ ſuis temporibus approbatũ. Qui cum capta aliquando eſſet eius patria: et omnib⁹ ei⁹ bonis amiſſis ſolus nudus euadẽs interrogaret. An omnia perdidiſſet: Reſpondit omnia mea bona mecũ porto: pectore enim illa: non in ſcapulis ſe geſtare dicebat.

Poſſidonius phus ſtoicus panecij diſcipul⁹ claruit tempe ſcipionis hic fuit aſtrolog⁹ magnus teſte auguſtino.

Eraſiſtrat⁹ q̃ꝫ atheniẽſis medic⁹ ſcðm Euſebiuz his tpib⁹ floruit hic cũ ex ariſtotelis familia nat⁹ eſſet etiam exími⁹ medic⁹ euaſit. Qui cũ antiochũ regẽ ex grauiſſimo morbo ſanaſſet a ptolomeo rege ei⁹ filio centũ talentis donat⁹ eſt vt teſtis eſt plini⁹ libro vigeſimonono naturalis hiſtorie.

Licon phus

Licon troadẽſis phus clar⁹ habet vir quidẽ eloquẽs et in educãdis inſtruẽdiſqꝫ pueris maxie idone⁹. Dicebat eñ neceſſario adiũgi pueris pudorẽ ⁊ laudis ſtudiũ velut equis calcar. Fuit hic dũ vixit habitu mũdiſſim⁹ ⁊ veſtiũ incredibili mũdicie atqꝫ nitore: Et cũ ẽet corpe fortiſſim⁹ pile ludo ſe exercuit. Tenuit aũt ſcole ꝑncipatũ ãnis. 44. Tandẽ feſſus podagre morbo anno vite ſue. 74. interijt. Timon appolloniates phus etiã ſuis tpib⁹ floruit hic duz iuuenis eſſet mltis obſcenitatibus ſe immerſit: poſtea fact⁹ vir (licet egen⁹) repudiatis vicijs in calcedoniã iuit: ibiqꝫ philozophiã ⁊ oratoriã artem didicit atqꝫ exercuit. Scripſit aũt diuerſa poemata Tragedias Comedias ⁊ Satiras.